



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118332

§. 43. Regis libertas duris conditionibus redempta

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

§. XLIII.

*Regis libertas duris conditionibus redempta.*Sæcul. XV.
A.C. 1468.

Cunctis rebus adeo sinistre succedentibus necesse fuit, ut Galliarum Rex libertatem suam novo pacto redimeret. Igitur utrinque sancitum I. Rex retenta Normannia Bituricensi Duci Campaniam & Briam cedit; II. Burgundum unacum copiis, quotquot Duci præscribere placebit, Leodium usque comitabitur, ut ipse testis esset severæ castigationis, quam infelix iste populus subire tenebitur. His pactis utrinque firmatis Rex a Leodiensium foedere recedere, ac promittere jubebatur, quod initæ pacis conditiones inviolabili fide servare velit, in cuius fidem iusjurandum super brachio S. Lantonis, & salvificæ Crucis reliquiis, quas Ludovicus secum attulerat, præstare compellebatur. Posthæc excubiis ab arce amotis, Britannia ac Bituricum Duces de tota rerum serie confestim edocebantur.

§. XLIV.

Rex unacum Duce vix non a Leodiensibus captus.

Postera die Dux cum exercitu suo in Leodienses movit, atque ad urbem castra